

+

28

Vines G. Budaeo V. C. S.

E, pistolam tuam accepi, qua comunicas mecum de eo, super est vita tempore collocando. Ego vero mi Budaee & ente esse compertum habeo, qui vitae suae rões probe & sapienter habeas descriptas. & me cum, qui consilium tali viro dare non sim idoneus, siue ætatem spectem, siue ingenium atq; eruditionem, siue prudentiam ac rerum usum. itaq; scripsisse te patet, ut commentatione illa tu ipse tecum quid agendum esset, & sultares, vel ut apertius animum & voluntatem erga me testificarer, qui me velut ad intimas & grauissimas deliberationes admitteres de summa re. quacumq; iam mente fecerit, indubie optima & cum primis beneuola, ego partes eius bene sustinebo, quam ipse mihi imponis. leue fuerit tantula tua dispendium. & erit alioqui si non aliarum, huius certe epistolae argumentum. Quæadmodum in re & publica & familiari usu esse uire cernimus, ut qui summæ ree præ sunt, indigeant aliorum ministerio ad functiones suas obeundas, ita & animus noster atq; imperator vitæ mortalium famulata eget corporis, quo se continetur, nec enim vel res in natura abditas penetrare, & qui, & veritatis lucem exculpere, atq; intueri, nec consilium dare vlla prorsum ratione valeas, nisi ad hæc opera instrumentum corporis obsequens sese præbeat ingenij facultatibus. corpus vel desuetudine fit immorigerum & refractarium, ocio luxu, ferroxq; vel morbo aut senio, qui & morbus est, amittit vires. olim audio te a philologiae tue castris abesse non sine ingenti desiderio militiae tibi adeo charæ incumdaq; inde enim te & valetudinem tuam & rei familiaris abstraxit cura. Equidem ἀπιστολῶν, ut dicis, & plane δαυαλοῦ ὀνοῖον existimo esse eam vitam, quæ ab ingenij cultu traducitur. sed illud est vicissim cauendum, ne dum ingenium excolis, amittas corpus. quocirca ita sentio faciendum ingenio isti tuo siue emansori, siue iusta de causa exautor. liter manum iniicias, ^{et} ~~atq;~~ ^{illud} reducas, in castra philologiae, ^{atq;} ex

disuetudine muneris cuiquam adhibeas militari, sed leui initio &
modice opera. id si strenue exequitur citra noxam ullam roboris ac
virium, finito illud ad pristinam militiam vel continenter reuertit,
vel per intervalla. quam militiam animus tuus non sine impenti ala
critate caperet natura sua eiusmodi exercitationum amans, nisi
falsas coniecturas de illo accipi ex multis, qua varie edidit pos
cumenta. Quod si atas & labores ante acti multum de ardore
illo & acrimonia veteri detraxerint, manere tamen in mili
tia possit sine luculento sui detrimento ^{inuet} adinuet rem militare,
si non sacertis & robore, at saltem consilio atq; admonitionibus
quas longus rerum usus, & tot bellis merita stipendia facile
suppeditabunt. Sin vero causificari ceperit morbum fonticum
aut aduersam valetudinem, ut voluntati non sufficiat corpus, et
domum respectare institerit, impetret sane missionem iustam
& honoratam velut emeritis legitimo tempore & numero sive
dies, in quo audiendus erit monitor ille horatianus solue senes
centem maturus equum. satius est, ut liber & solutus ambulet
pro arbitrata suo, quo volet sine imperio, sine sacramento, & signis,
quam ut mediocribus bellicis munijs succumbat Eolimus. nec
ea possit edere opera, quae expectationi hominum satisfaceret con
ferentium pristinam militarem laudem cum factis presentibus.
neq; vero erit omnino inutilis votis et auctoritate nominis. &
vel sedens domi consulatur ab armato milite, ut Pontius Heren
nius pater samnitici imperatoris. profecto quum humana oia, tum
ea potissimum quae ad publicas utilitates elaborantur, peculiari quoda
mutu providentiae regi arbitror. si vires ad agendum tribuit, interpre
tare praecipit tibi, ut agas. sin adimit, pro explorato sit non esse illi cor
di, ut ad opus accedas. & ~~acerti~~ tibi iudici, mandabitur alteri, qua
tu eras obiturus provinciam. haec Christi sunt vniuersa, cuius nos
nihil aliud quam ministri sumus. cui opus assignatur, eidem &
operi vires pares. ut qui princeps arcem delegat. tuendam, hic er
presidium conueniens prospicit. huius rei dilucide admonemur
in talentis, quae dominus seruis concedidit ad negociationem.
neq; ego haec usurpo verbis solum in consilijs amicis dandis, sed
de hac ipsa cogitatioe in aduersa mea valetudine solacium sumo,
quum pituitae infestatioe, & grauedine capitis subinde repetete
ab studijs quae mihi multo oium, sunt, inuitus & gemens diuellor.

Uxor & liberorum, quam curam gesseris, puto nemini ignotum esse, nisi si quis te nec nouit de nomine. & facis pro viro tuo solam sapiente, sed pio et, quia preceptorum meministi Pauli apostoli. Sed haec tamen habenda illorum ratio, ne quid eis patiaris esse, sine ad victum & cultum, seu ad honestatē et te dignam educationem, ut vero illi per laborem cum delicijs & omni vilitatum genere sese expleant, & opibus ac copia repleantur, fastum atq; ad arrogantiam abundant, nullo penitus modo vel curare debes, vel optare. quid enim minus congruit ijs preceptis, qui huius transigendi, quae ipse & legisti plurima, & scripsisti permulta! Haec est animi mei sententia, in qua si prae quo vobis, gaudebo. I de mi, pou, del, da, u, xaudē, eadā, xaxā, magnam habebō gratiam, nō in hisce tantum, quae sunt a nobis quodam modo xaxā, neq; enim tibi consilium huius meum est opus, verum etiam in scrijs, velut in libris meis & disciplinis, & alijs, si quos meos vacant inspicere.

Uxorem ahi conuulisse gratulor, illi s. ex me dico pl. pro vobis, sancta
dia et felicia
Brugis Cat septeb. 1532

^{Viro}
†
D. Gulielmo Budeo
à libellis Regis Gallie
Viro Clariss.

Villes.

